ibus, cum sit tale quid quod omnibus acquiri pōt: ingra. no. ff. de pact. l. si tibi. ſ. si pactus. Sol. aliud est in pacto ad agendum, vel excipiendum, quod potest transire ad heredem ex titulo vniuersali. Aliud est in re donata in qua non potest pretendi nisi singularis titulus donationis. z sic non obstat. ¶† Quero hic, nunquid ista donatio[a] sit p̄opie cōtractus, vel sit p̄opie relictum, vel quid sit. dicit gl. q̄ non est p̄opie cōtractus: quia non oritur obligatio inter patrem z filium. Item nec est p̄opie vltima voluntas: quoniam non est testamentum nec codicillus, nec epistola, sed est quidā actus habens vim relicti, qui cōfirmatur per mortem, nec desiderat aditionem hereditatis, secundum gl. quā no. Sed mirū est: q̄ si hec lex intelligitur intercuniēte traditione: ille est cōtractus donationis traditione celebratus: vt. ff. de dona. l. absentis. z. l. Aristo. nam non reperitur obligatio, quando precedit traditio, p̄o pterea p̄o certo glo. intellexit hanc. l. simpliciter: nec restrinxit eam ad casum interuenientis traditionis. 9 ¶† P̄o cuius intellectu quero, nūquid ista lex habeat locū siue ista filia tempore emptionis paterne fuisset p̄esens siue absens: z videtur q̄ requiritur p̄esentia, aliter non potest donari: nisi sit p̄esens donans, z donatarius, vel interueniente medio organo nuntij, vel epistole: vt. ff. de donatio. cau. mor. l. inter mortis. z. d. l. donatiōes in concubinam. ſ. species. Sol. non requirit p̄esentia: q̄ p̄opie ista donatio non est contractus donationis, sed est quoddam quasi relictum iuris interpretatione. vnde nō requiritur p̄esentia: vt. l. cum pater. ſ. donationis. de lega. ij. Loquor secundum intellectum glo. non secundum intellectum Richar. mal. qui requirit hic traditionē interuenire. alias dicit quod non habet locum hec. l. vt dixi. s. ¶† Tertio queritur. pater emit libros filio studenti, deinde decedit pluribus relictis filijs. queritur an iste filius cui pater libros emit debeat hos libros habere p̄ecipuos, an vero teneatur eos conferre fratribus[b] glosſ. que est hic dicit quod filius debet hos libros p̄ecipuos habere. Et hoc videtur probare duplici ratione. Primo: quia pater emendo p̄o filio, videtur hoc tacite velle, z quasi per viltimū iudiciū conferre in eum: vt hic. Secundo hoc videtur operari fauor studiorū: vt. ff. eod. l. que pater. Tertio hoc videtur operari causa: quia cum ob causam studiorū pater emerit, z illa causa non sit finita: ergo coheredes ab eo non possunt auocare libros: vt. ff. eo. l. si filia. ſ. Meratius. Quarto, quia pater habet necesse[c] libros emere et quo mittit filium ad scholas: vt not. ſ. ad macedo. l. si macedonianꝰ. Quinto, quia sicut arma que dant militi sunt eius p̄ecipua, vt. s. eodem. l. si filius. ita z libri qui dantur studenti. In contrarium videtur, quod isti libri empti p̄o filio sunt patris, sicut relicta empta per patrem: ergo pertinent ad omnes heredes p̄o hereditarijs portionibus: vt. s. eo. l. certum. Preterea filius iste debet hos libros sibi in legitima z in parte sua imputare, sicut imputat militiam sibi empram a patre: vt s. de inofficio. testa. l. omnimodo. ſ. fi. ¶ Item posito quod ista esset donatio, non est donatio simpliciter, sed est donatio ob causam naturali affectione iniunctam, z ideo imputatur in parte istius filij, sicut donatio propter nuptias: vt. s. de inofficio. testa. l. quoniam nouella. Non obst. ff. eod. l. que pater. vbi filius non imputat in parte sua expensas studij: quia illa lex intelligitur in expensis in studio consumptis, vt in victu, z vestitu, secus in libris qui extant, nam quales nunc extant: tales debet sibi imputare, z conferre, secundum Bulliel. primam opinio. tenet Dyn. in l. j. ſ. nec castrense. de colla. do. de hoc not. Lyn. de colla. l. filie. Sed Barto. sic distinguit aut pater emit solum filij nomine, nec filio tradidit, nec alias exp̄essit se donare filios tunc dicte res sunt patris p̄opie: vt. l. de castren. pecul. l. i. libr. vj. requirit ergo traditio, vt videatur donare. ſ. si qs alte. vel sibi. l. ij. Aut emit nomine filij, z tradidit sibi vel sibi donare exp̄essit illos libros: z tunc aut filius erat aduocatus, vel doctor, aut erat scholaris in studio. Primo casu est quasi castrense: quia aduocatus z doctor dicuntur militare: vt supra de aduoca. diuer. iudiciorum. l. fori. z. l. aduocati. z ideo nō conferuntur: vt dicto. ſ. nec castrense. z. l. si filius supra eodem. Secundo casu quando erat scholaris: tunc aut compleuit studium suum ante mortem patris: z sic incepit quasi militare: tunc efficitur quasi castrense, z confirmatur illa donatio: vt. ſ. de donatio. l. siue emancipatis. z. ff. de donat. l. donationes. ſ. pater. Aut pater mortuus est antequam studium perficeret, z militiam adimpleret: z tunc nō potest dici quasi castrense peculium: quia conditio p̄sone hoc non patitur: nam non reperitur in iure quod scholares dicantur militare, sed tantum magistri: vt. l. j. in fine. de studijs libe. lib. x. Fatur quod not. supra de iurisdictio. omnium iudicum. l. fina. z tunc est distinguendum, sicut in alia simplici donatione. Aut erat emancipatus tempore donationis, vel postea emancipatur libris non ademptis: z non debet conferre quia confirmata est donatio. z non potest pater reuocare: vt. d. l. siue emancipatis. z dicto. ſ. pater. etiam vbi alias simplex donatio esset cōferenda: vt not. per Lyn. ſ. de collatio. authent. ex testamento. tamen hoc causa speciali fauore studentium cessabit collatio: vt. d. l. que pater. Aut non fuit emancipatus: z tunc si talis donatio fuit morte confirmata: non debet conferri: vt hic. si autem pater reuocauit: debet conferri: vt hic sequitur. 11 Barto. ¶† Oldra. dicit an in dubio p̄esumatur donare an vero solum ad vsum studij assignare: debemus recurrere ad coniecturas quas capere possumus ex numero librorum, ac quantitate patrimonij patris. d argumen. ff. de lega. iij. l. si filie.[b] z ibi per Oldra. de fundo inſt. l. quatuor. ſ. sed z ipse papinianus. z de donat. inter virum z vxorem. l. vtrum. Aut igitur cōstat de dolo: tunc quatuor sunt membra. Aut filius erat emancipatus: z tunc valet donatio. aut postea emancipatus: z tūc refertur aut est doctor, vel aduocatus viuo patre: z tunc confirmatur quia transit ad speciem quasi castrensis peculij. aut pater primo moritur quo hoc contingat: z confirmatur donatio morte patris, nisi forte reuocetur vt hic, z in omnibus istis casibus filius iste habet libros p̄cipuos ratione studiorum. Si autem non cōstat de donatione, licet cōstat de emptione z assignatione: tunc recurrendum videtur ad distinctionem Oldra. z secundum eam videtur limitanda hec lex. nam in pena cppris p̄esumitur donatio: sed in magna que forte maiorem partem patrimonij exhaurit, vbi pater forte multos alios habet filios, non p̄esumitur 12 donatio. z ista opinio est multum equa iudicio meo. ¶† Quarto queritur: pater misit filium ad studium, z decessit pater, vtrum filius debeat perficere studium communibus expensis, an p̄opriis? z videtur quod communibus: quia munera incepta debent perfici de communibus nō possent nona inchoari: vt. l. si filia. ſ. idem scribit. ff. eodem. z no. per gl. in. l. z qui originem. ſ. fina. de mune. z hono. z. l. j. ſ. sed an id. ff. de collat. e bonorum. z ibi hoc videtur tenere Dyn. z ad municipa. l. Lucius[c]. ſ. idem scribit. z ibi etiam de hoc per Dynum. facit: quia dens mandatarij, tutoris, z socij tenentur expedire negotia cepta: vt. ff. pro socio. l. heres socij. z. ff. de negotijs gestis. l. nam z seruius. ſ. si vino. Contrarium determinat Barto. z reprehendit Dyn. nam factum patris erga filium initiatum earemus obligat heredes patris, quatenus ipse pater ad id necessitate obligatus. probatur. ff. de mune. z hono. l. z si filium. contracta. l. honores. ſ. is qui. de decur. hoc modo decurionatus est mittit ad alias dignitates: vt dicto. ſ. is qui. z tamen pater ū consentit in decurionatu, successores non tenentur de alijs muneribus post mortem. Ita in proposito licet pater consentiat filio in initio studij: tamen pater non tenebatur de necessitate sequi: ergo nec tenetur heres. Preterea hoc probatur exp̄esse in dicta. l. si filia. ſ. idē scribit, nam ea tenus heres tenetur, quatenus pater erat obligatus: sed hic pater non poterat cogi, p̄osecutionem studij: ergo ꝛc. cum eiusdem conditionis sit heres cuius erat defunctus: vt. l. heredem. de regulis iur. ¶ Preterea audacissima tres teneri vigore obligationis in eos transfuse: z hoc est falsum: retinet p̄a dictum est, aut vigore cuiusdam quasi donationis considerate quae habet vim relicti, z hoc esse non potest, cum p̄o futuro tempore nulla fit facta traditio: vt. l. papinianus. de donatione inter virum z vxorem. fateretur tamen Barto. quod si debitum occasione studij esset factum in vita patris: dum tamen esset honestum z licitum, quod frater teneatur soluere de communi, per ista superius allegata. z ita intelligit. ff. ad macedonia. l. sed iulianus. ſ. quod dicitur. infra ad macedonia. l. macedoniani. ¶ Et distinguendo sic concludit, quando p̄ pater aliquid incipit p̄o filio seu filio incipienti consentit, propter quod obligatur ad consummationem totius actus: z tunc tale onus transit ad heredes: vt dicto. ſ. idem scribit. z dicta. l. heres socij. Quando q̄ consentit filio incipienti: seu ipse incipit aliquid propter quod obligat ad forum: z tūc eatenus transit obligatio ad heredes, quatenus ipse defunctus tenebatur: vt dicta. l. si filium. de muner. z honoribus. hic est casus huius questionis, secundum Bartolum. ¶ Concluditur ergo quod vult pater qui studium, faciat expensas de parte sua, z non de portione fratrum: quia operis initio non est contracta obligatio p̄o toto tempore, secundum eum: quod ego cōcedo, scilicet quod nō est obligatio contracta, nec hoc dicit Dy, sed videt hoc officio iudicis cōtineri q̄ medij, z finaliter

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bent probabilem z quodam modo necessariā cōsequentiam a principio vide licet patrē officio iudicis cogitur alimentare filiū in studio et emere sibi libros, eq quo misit filiū ad studiū, vt no. in. d. l. mare domans. videtur q hec necessitas trālimitetur post mortem patris ad heredes, non dico q fratres habeāt donare libros q nec pater ad hoc teneb̄atur sed quod debeant sibi emere, z assignare ad studiū z ad vsum fa-cultatum ipsis fratribus propter rationē librorū pro hereditaria portione, z hoc studēs est ita pauper q de parte sua nō pōt habere expēsas studij Sentiū in ppijs reditibus haberet vnde studeret, fratres etiam indi-uisum substantiā possidentes nil tenētur cōferre de proprio. ar. in. l. vlt. ff. pti. here. ¶ † Finaliter tamen credo q opi. Bar. fit de iure veri-or opi. Dy. q nec tempus studij nec expense habeat limitationē necessa-riā a iure z certā z ideo nō possumus eam metiri in vita pat ris z licet ita sit vera opi. Dy. in expensis studij: tamen si isto studio peracto intēdit doctorari; est nouus actus, z de necessitate studij non infertur iste qui vult doctorari; q aggrediatur nouum actū. debet doctorari expēsas suis arg. de leg. iij. l. legatis seruis, §. si ex officio. ¶ † Quinto quero pone q pater pro filio[a] accipiente vxorē fecit expensas in nuptijs mortuo patre, alter frater vult q pecunia expenfarum z alia ornamenta veniāt in diui-sione: vel q frater pro quo iste expense fuerāt facte imputet in propria por-tione: queritur quid iuris. Resp. q licet pater expenderit tm nuptias filij quatenus ista expensa cōsumpta est nō debet filio imputari, z si alter fra-ter diceret ego volo ducere vxorē, z tantundem expēdere de cōmunibus auditur: q pater nō expēdit de cōi patrimonio liberorum, sed de suo pro-prio, in quo liberi nondum habebant aliquod ius, hoc est verum, nisi pater aliter caueri in testamēto: vt. ff. de mun. z ho. l. iij. §. fin. z ibi tāgitur per gl. ff. eo. l. ex parte, §. filius. Sed circa vestes, z alia ornamēta vxoris fra-tris veniant in diuisione z collatione, dicimus loquitur in vestibus quotidianis, aliis necessarijs ad vsum quotidianū z alia non sunt cōse-venda, sed iunt mulieris, vide: z ab initio tenuit donatio inter socerum z nurū vt. l. q; annuo. de do. inter vi. z vxo. z ad. l. fal. l. si vsufructu. §. dos. et ibi gl. Aut loquimur de vestibus z aliis ornamētis pretiosis z festi-uis, z illa talia qualia sunt veniūt[b] in collatione, remanserunt enim socero t. l. mortis sue causa. §. si. de do. inter vi. z vxo. z probatur hec distin-ctio. ff. de pecu. l. id vestim. etū. nec pōt dici q morte soceri dicta donatio sit confirmata: q nō fuerūt res donate, sed ad vsum tradite: vt. d. l. mortis sue. l. si. Preterea pōsito q fuisset donatio: nō confirmat morte soceri ista materia matrimonio inter filiū z nurū. z. l. cū hic status. §. oratio. z se. ff. de do. inter vi. z vxo. facit ad predicta. l. pe. ff. so. ma. vbi Bar. l. si vt certo. §. in fi. ff. de iudic. ¶ † Sexto[c] queritur. pater expēdit i reb̄ aduentitijs filij, mō ige diuisionis iste filius habet res istas precipuas. querit quid iuris de expēsis: vtrū fratres poterūt eis imputare spe diuisionis. Sol. dic sm Bar. aut fuerūt expense necessarie, quas pater habebat necesse fa-cere: tūc pater non pōt repetere nec heredes eius possunt imputare vt l. j. de don. mater. z. l. cum nō sortis. §. vbi autē. de bon. que libe. Aut nō erāt expēse puta patri fuisse: sed permisse: puta quare plantauit vines seu edificauit domū: vel fecit alias expensas: z tūc refert, aut ad perpetuā rei veritatē habetur cōsideratio huius expēse: quia ratione aduentitiorū filer patre nihil pōt consistere ciuilis obligatio: z est quā Petrus: vt in eo. l. fin. §. j. ad treb. l. iubemus. z hoc si pater fecit animo repetēdi, sec⁹ animo nō repetēdi, z volēs sibi filiū obligare. arg. ff. de cōdi. inc. e. si in ara. z cōi diui. l. in iudicio, circa medium. Si vero dubitat quo animo fe-cerit dicit Bart. q modicas expēsas presumit facere animo donādi. ar. ff. de dona. inter vir. z vxo. l. seruus cōis. Jn magis vero dubitatis: aut sunt intra fructuū quantitatē, z vt pater ei donare: vt. j. de bon. que lib. l. ij. §. finaute res. Expēdendo enim in re filij, videt apud eū dimittere. Aut expendi fructuū quantitatē, z non videtur donare, z in dubio vt habere animū repetendi, nisi in cā alimētorū vel simili expēdisset: vt. §. de ne. ge. Lalmeta. Si vero nō respicit expense perpetuā vtilitatē, ⅔ fructuū vber tate: ipse nulla patri, vel heredib̄ eius fit credit repetitio: q onera fructuū pertinet ad eum, z idez in eo q̄ soluit pro datijs z collectis, cū hēat vsum fructū. vt. ff. de vsufru. l. si pendentes. ỹ si qd. z. ff. de impēsis. l. neq; si ipē-dit. ¶ † Septimo[d] quero. quid si pater fecit filiū stipulari ab aliquo suo debitore an pater videatur facere ei donandi: vel videatur inuiter re-mittere? q̄ videatur donare, facit. ff. de dona. l. si. §. si. z. l. si pater. in pn. Jn cōtrarium facit. l. ij. de pecu. lega. z. j. de castre. pecu. l. j. lib. xij. Sol. dicunt Dol. z Bar. q inspiciēdus est numerus liberorū z quātitas patrimonij patris, z quātitas quā filius stipulatus est: vel aliter cōtrarie: vtrū sit par ua, vel magna: vt his inspectis videatur donare vel nō. ar. l. si filie. de leg. ij. ciui. z ide tenet Jac. de are. in. d. l. si pater. z ibi Bar. Nō ob. l. vir. de pe-cu. leg. qz ibi nullus interuenit actus filij, nec traditionis in filiū sed hic interuenit obligatio filio queritur que in iure habetur pro quada tradi-tione vel no. in. l. ij. de dote cau. nō nu. fi. Bar. ¶ Ego credo q in dubio videatur adhibitus vt minister ficit filius impotestate: sed ñ est emāci-patus, q̄ per eum non acquiritur[e] patri, videtur adhibitus vt cōmodū sentiens: z sic vt donatarius, vt. d. l. fin. §. fi. z ibi per Jac. de are. et de do-na. inter vir. et vxo. l. mulier. Jn dote aut fauore dotis ne mulier rema-neat indotata, nunquā in dubio presumitur filius adhibitus ad stipulan-dum vt donatarius: vt. ff. sol. matr. l. que dotis[f]. Jte quado mandatū stipulandi precedit: q̄ mandatarius est procurator: in dubio est simpler

a ¶ Pater pro filio. Idem tenet Bal. in trac. de duo. fra.

b ¶ Aut fratri cuius est vxor venit: z cedit in portione fm estimatiō-nē reporte presentis. nō preterim fm eundē Bal. in trac. de duobus fra. Et Vlex. in. l. z q origine. §. si is qui. ff. de mi. z hon. Et hoc nisi magna dignitas faciat presumi donationē: vt per eundē Vlex. ibi Phi. Dec.

c ¶ Sexto. Idē ad literam tenet Bal. in trac. de duo fra.

procurator nō in rem suā: tunc non presumitur donatio vt. ff. man. l. idē. §. si cui z fecit. qō no. ff. de do. inter vi z vxo. l. si filij tui per gl. z. §. de iure do. l. ij. per Ly. z de leg. iij. l. cū qo decēdes. §. mu-17 tuā per Dy. hic sunt tractatur. Bart. ¶ † Sz g quid si filius impendit[s] circa personā patris: vel res patris ea viuente, an recuperet a coheredib̄ z dic quod hoc non venit in iudicio fami. erciſc. quia viuo patre gestum est: vt. ff. eo. l. z puto. §. fi. z si dolo. z. l. qui heres. §. pen. Sed an per actio-nem nego. gelt, possit recuperare: vide vt dixi. §. de 18 nego gesto. l. si filius pro patre. ¶ † Sed quid si filius non gessit negotia patris: sed res patris di-b lapidauit z consumpsit vel viuo patre pecuniā[b] subripuit, z iuit, deinde iste pater mortuus est o-mnibus filijs equaliter instituit: fratres dicunt huic quia subripuit, tanto minus accipiat, et in partem suam imputet, nunquid possunt eū com-pellere videtur quod non: quia damnum datum viuente patre nō venit in iusta actione: vt. d. l. z pu-to. §. sed z si dolo. Item videtur ei remittere pa-ter ex coniunctione personarum: vt. ff. de probatiōnibus. l. procula. z ideo videtur quod cum pa-ter nil dixerit in testamēto, quod fratres nil pos-sint petere: vt. §. de inofficio testamente. l. omni modo. z infra de reuocā. donatio. l. fina. In cōtra-rium videtur. ff. de pactis. l. tres fratres. Solut. secundum Guilielm. dic quod aut iste filius erat emancipatus: z tunc siue consideremus crimen, siue penam, seu obligationem: siue exercitium o-mnis ille statim nata sunt: vt. ff. de furt. l. si quis vxori. §. primo ideo cum fuerit questa actio pa-tri ille pater moriens ad heredem transmitti ra-tionem: vt. ff. de pign. actio. l. j. z ideo ad quem fina. §. de inofficioso testamē. ideo recurrendum est ad. l. fina. §. fin. ff. de don. z. vbi censetur ascendens stipulari animo donandi descendenti, se-cundum communem intellectum: sed certe ille rey. secundum Odof. po-test intelligi quod illud dicit operetur traditio filiorum instrumentorum: sed hoc non est verum quod ibi instrumenta fuerint tradita neporti: vt ibi legitur z not. Jdeo placet quod not. Bar. z alij in. d. l. si pater. eod. tit. z. argumen. l. j. §. de donatio. z. l. seruum filij. §. eum qui chirographū de leg. j. vnde dicit ipse, presumitur donatio, vel, non presumitur, est qua-titatem patrimonij paterni z valorem rei in stipulatione deducte. arg. l. verum. ff. de donatio inter vir. z vxorem. z. l. si filie. ff. de leg. iij. z. l. que fitum. §. sed z ipse papinia. ff. de fundo. instru. adde predictis Bar. in. l. si pater in princi. ff. de donat, sed quid contra si filius adhibet patrez, vel matrem ad stipulandum? dic quo non presumitur animo donādi. l. mu-lier. §. fina. ff. de iure dot. z. l. idem. §. si cui. ff. manda. z. l. post dotem se-cundū lectu. Dyn. ff. solu. matrimo. z Barto. z Lud. roma. in. d. l. que dotis. quid autem si filius soluat pro patre, an repetat vide Bart. in. l. ij. in princip. ff. de donatio. quid in fratre edhibito a fratre ad stipulan-dum rey. in. l. euz maritus. §. fina. ff. de pac. do. videtur velle quod presu-matur animo donandi: quia ille rey. communiter ibi per glo. z doc. in. l. que dotis intelligitur quando expresse fuit actum de donando non sub dubio Ludouicus. romanus. in. d. que dotis. dicit dicendum esse eo mo-doquo supra dixi in filio cui adhibito ad stipulandum a pa-tre videlicet ex qualitate z quātitate presumendum Barto. vero in. d. l. q dotis, tenet quod non presumatur donatio a fratre simpliciter. Item predicta limitanda nisi pater itipuletur dari sibi aut filie: quia tunc persona filij videtur adiecta solutioni non obligationi: z tic stipulatio non po-test presumi facta animo donandi: quia potest ab eo repeti. act. manda. sicut a quolibet adiecto. l. si. huius. §. quesitum. ff. de solutionib. z. l. eum qui ita. §. qui sibi. ff. de verb. oblig. z ibi dixi post Jmo. adde Roma. in l. si donatione. j. de cessar.

¶ Acquiritur. Vide Bal. z Jmol. in. d. l. si pater.

¶ L. que dotis. Vide Bar. ibi tenentem contrarium z nō est bona ratio. Bald. hic quia si mulier adhibet aliquem ad stipulandum in dote. non potest intelligi adhibit? animo donandi, nisi fo. ma. more mulieris. l. ij. ff. de pac. do. z sic cessat ratio Bal. q̄ remaneat indotata.

¶ Impedit. Sequitur ad literam Bal. in trac. de duo. fra. z vide. §. ea. l. iij. j. col. z in. l. certum.

¶ Decimum Vide Bald. in trac. de duo. fra. in prin. z in. l. scimus. in prin. §. de inoffic. testamen.

liber pro parte pertinet illa actio. de hered. act. l. si adutra. Si autem erat in potestate: nõ fuit data actio, sed obligatio naturalis: vt. d. l. serui. & filij. Et ideo dicit Guil. q cum non fuit nata actio, sed solum patri sic naturaliter obligatus quia coheredibus non subuenitur ope actionis sed ope. cõpensationis: si forte alij percepissent fructus vltra quam deberẽt, & isse agat poterunt compensationem opponere. ff. de condi. inde. l. frater a fratre & de compen. l. id quod natura. ff. de neg. gest. l. iũ. §. pupillus. Ex. hoc intelligo quod veniat solum in compensatione simplum, nõ duplum, nec quadruplum secundum Guil. arg. ff. eo. l. damna commissa. Non ob. l. tres fratres. q: ibi fuit furtũ factum post mortem defuncti: vt. §. eod. l. aduersus. de hoc per Guil. §. eo. l. incerti iuris. ibi omni

19 no videas. ¶† Sed quid si pater obligauit [a] se

a pro filiomunquid eorum hoc debitus solui debet de parte filij: dic quod non sed, omnes debẽt sustinere: vt. ff. de mi. & ho. l. iũ. §. fi. & ff. eod. l. si filia §. idem scribit. & §. neratius, secundus Guil. q ita no. in. d. l. incerti iuris. Hoc verum si pater suscepit in se obligationẽ filij, ductus pietate paterna vt. §. de capti. l. lib. captus: & si ex necessitate puta dictante statuto pater fuit captus pro filio: vt no in rub. §. de decre. decur. libro. 6. tunc nõ presumitur liberras patris erga filium: sed presumitur q̃dam necessaria negotiorum gestio vt. ff. de neg. gest. l. nam & seruius. in prin. q: in necessitatibus nemo liberalis existit: vt. ff. de admen. leg. l. rem legatas. ¶ Ex. hac igitur questione est orta naturalis obligatio inter patrem & filium, que transit ad heredes. Et facit ad predicta. ff. de de lib. causa. l. igitur in ratione sui. & quod no. per doc. & eo q cogitur soluere condemnationẽ alterius in. l. ĥ. §. fi. ff. de verb. obli. quidam ponunt in. l. ea. §. cato eo. tit. Sed quid dicemus: filius [b] habet bona adventitia, pater ea dilapidat, & cõsumit: filius vult hoc damnum sibi emẽdari a fratribus: queritur nunquid possit & videtur q̃ non quia non cadit inter patrem & filium ex hac causa obligatio, & naturalis: & ideo lex statuit q̃ tali patri administratio auferatur, non autem cautio interponat: vt. ff. ad treb. l. imperator. & arg. §. de sen. pat. l. fi. Contrarium videtur: nam inter patrem et filium ex causa aduẽtitia cadit hodie efficax obligatio, iuxta no. ff. de fideiuss. l. si quis pro eo. §. i. Ita igitur obligatio transit in heredes patris, saltem in simplum. Sol. aut pater non habebat vsum fructum: quia ille qui reliquerat filio, prohibuerat ne patri acquireretur vsufructus: vt. §. de bonis que libe. aut. excipitur. & tunc q̃ pater delinquit in re aliena, tenetur sicut quilibet extrangus. & sicut tenet filio emancipato de quo dixi supra de

20 dolo. l. si superstite. ¶† Si autem pater habet

c vsum fructum [c]: tunc distinguendus est dilapidationis modus: nam aut concernit solum reditus, aut rei perpetuam deteriorationem, vel inolerabilem lesionem. primo casu non tenetur pater: q̃ de eo quod circa reditus cõmittit non tenẽ tur filio reddere rationem. §. de bo. que libe. l. cũ oporter. §. non autem. quia non tenetur hos fructus filio conseruare: sed si pater ti ipsam rei substantiam dissipat: tunc tenetur de eo reddere rationem: vt. d. l. cum oporter. §. sed cum tacitas. quia tenetur hanc proprietatem filio cõseruare illesam. Et idẽ dico in matre dilapidante res filij in quibus habet vsum fructum: vt distinguatur eodem modo vt. §. de secund. nupt. l. hac editali. §. omni bus.

21 ¶† Sed iuxta predicta incidenter queritur ma-

d ter [d] relinquit filio legitimam, & prohibuit patri acquiri vsum fructũ. queritur vtrum hanc legem possit apponere in legitima. Barto. mouet hanc questionem in. dicto tractatu. glo. in aut. vt licitat ma. & aute. dicit q̃ patri nõ queritur vsufructus, cum dispositio valeat: quia per hoc filius non gratur. imo eius conditio efficitur melior vt. §. de inoffi. test. l. filio & matrem. & de vul. substi. l. cuz. ex filio, sed text. in. d. authen. tam in rubro quam in

a ¶ Obligauit. Ade Bal. vbi idẽ tenet in tra. de duob. fratri.

b ¶ Filius. Idẽ tenet Bal. in dicto suo tractatu.

c ¶ Vsumfructum vide qõ no. Bald. in. l. si superstite. §. dolo. Et vide et quid in matre tex. & glo. & Bal. in. l. si quis. §. illud. §. de secun. supp.

d ¶ Mater. Sequitur ad literã Bar. in. dicto tractatu.

e ¶ Et de hoc vide quod ego scripsi & addidi in. l. §. eo ad si. P. M.

auro innuit expresse contra quare Barto. sic dicit Et filius est instituturus sub conditione si pater renuntiet vsufructui & valet institutio ar. d. l. filij matrem. & existente conditione per renuntiationem patris. certum est quodamodo vsufructus patri non queritur: quia renuntiauit. Aut institutio est pura: sed per modum precepti et adiectio, ne ad patrem perueniat vsufructus & tunc filio adeunte pater habebit in legitima vsum fructum, cum testatrix non potuit talem imponere: nam non potest quis facere quin leges in suo testamento locum habeant. ita intelligit Bar. tex. illius aut. ¶ Tu dic quod ista distinctio non est bona: quia illud quod non potest fieri per modã dispositionum lege prohibente, non potest fieri per modum conditionis vt. ff. ad. l. falcid. l. seius & augerius. Item in primo membro non dicit verum quia cum conditio non sit potestativa, testamentum esse nullius ratione preteritionis, vel saltem esset necesse quod conditio remoueretur de medio, & remaneret institutio pura: vt. §. de inofficioso. testamen. in principibus. Teneas ergo simpliciter glos. quia licet vsufructus queratur patri testatore tacente. et dimittẽte in prouisione legis. secus tamen est si testator ipse prohiberet: vt. §. de bonis que libe. aut excipitur. & si tu dicas: in legitima, non potest imponere legem. Respondeo, verũ est per legem grauaminis: sed hic non imponitur lex grauaminis sed honoris. Item nõ imponitur legitime, sed patri istius cui ab vxore nõ debetur legitima, & ita concludo in ista materia. Bald.

¶ Lex decimanona.

In certi iuris. ¶ In hoc iudicio habetur ratio rerum a quibusdam ex debitibus subtractarum vel deterioratarum. h. d. Et loquitur quando post mortem ista contingunt, secundum Guil. licet contingentibus in vita testatoris plene vt dixi. §. l. proxima.

1 ¶ Pretium rei cõmunis distracte, qua actione petitio venit.

2 Mãdatũ si precesserit, agitur mãdato: aut nõ precedẽte agitur actione negotiorum gestorum. 3.

4 Heres qui vendidit res hereditatis, si dicat se vendidisse decem soli cunt quod vendidit viginti, quid iuris.

5 Vendere quis potest rem alterius in eius preiudicium sine eius culpa, in casu tamen speciali: vt. hic.

¶ Lex vigesima.

Mfamilie. ¶ Si res cõmunis distrahitur communi nomine, pretium venit in actione mandati, vel negotiorum gest. Si vero proprio nomine, venit in petitione hereditatis. h. d. Jac. bur. Dividitur in duas partes: q: in prima, vnus coheredũ vendidit communi nomine, in secunda vendidit proprio nomine secunda ibi, nam fi. Ja. bu. ¶ In tex. ubi pro solido, ideo dicit pro solido: q: si nõ vẽdidisset nisi parte suã in solidum teneretur refundere, nec de re nec de fructibus vt. ff. eod. l. lucius titius & tertia. ff. pro socio. l. si tritius cum quo. ¶ In tex. ibi possideat, die vel ius petidi pretium quasi possideat fm Guil. vt. ff. eo. l. regulariter. ¶ Ad primo q̃ pretium rei cõmuni nomine vendite non venit in iudicio fami. ercis. Ratio est: q: ista gestio non est ex natura communis, cum pro parte potuerit expediri. Item q: vendere est actus voluntatis, non necessitatis: ideo magis refertur ad officium gestionis quam ad vtilitatẽ cõmunis. & sic nõ ob. ff. eo. l. heredes. §. si vn⁹. & ff. de neg. gest. l. si cõs cdes simile. ff. p

2 socio. l. actione. §. labeo in ver. semper enim. ¶† Sed o no. q precedente mãdato agitur mãdati: nõ precedente agitur actione neg. gest. secundum habitionẽ, q̃ erat gestũ communi nomine. Sed quare nõ habet locum hic petitio hereditatis sicut q̃ proprio nomine Respondeo: q: hic nõ gerit se pro herede. nisi quatenus est in re veritate: ideo non tenetur

3 tione hereditatis: vt. ff. si pars here. pe. l. j. §. si ego. ¶† Tertio nota. q̃ si vendit in solidum proprio nomine, tenetur petitione hereditatis pro partibus coheredum: nam ipso facto sic vendendo, refert controuersiam hereditatis coheredibus, & negat ipso facto eos coheredes, & sibi pretium possidet pro herede. i. sine titulo quo ad portiones coheredum, ueto secundum regulam generalem, tenetur petitione hereditatis vt. ff. de petit hered. l. si z rem & pretium. Sed quare non tenetur iudicio fami. ercis. ad illud pretium dividendum Respondeo, quia a lege est ipso iure divisum numero: vt. ff. de verb. obli. l. stipulationibus. §. operarum. que ratio non placet: quia personales prestationes venũt in hoc iudicio vt plene not. §. eod. l. ea que. & ff. eod. l. meuius. §. arbiter. & l. heredes. §. nõ tantum. & §. fin. cum fim. l. vel quia illud pretium possidet titulo pro venditore. & iudicium fami. ercisc. non competit contra titulo possidentem vt. ff. eo. l. heredes. §. quod pro emptore, quod nõ placet: q: nõ reperitur in iure iste titulus pro venditore: vnde venditor possidet pretium generali titulo pro suo: nec habet titulum specialem. Item quia iste titulus non excludit hic iudicium petitionis hereditatis: ergo non excludit hoc iudicium fami. ercis. vt. d. §. quod pro emptore. Et ideo tertia ratio vera, hec est. quia venditor iste. qui recipit pretium solus est in possessione hereditatis: vnde coheres nõ potest agere iudicio fami. ercis. cum ipso facto negetur coheres. nisi primo cõueniatur petitione hered. vt. ff. eo. l.

e Ista ergo lex respicit ac ordinẽ agendi q̃ petitio hereditatis est primo proponenda. dicerem tamen quod si non opponeretur exceptio propter

ratio

strationis ante litis contestationem quod procederet iudicium diuisorium, petitione hereditatis omissa, vt nor. nu. l. si mancipium. §. si cõi. de euic. Item dicerem quod ũ vniuersitatem ipsam omnes possident, ꝫ rei singularis pretium vnus solus possideat, quod est in potestate agentis eligere peti. here. vel iudicium fami. her. sed petitio hereditatis poterit proponi simpliciter ad pretium. fami. hercis. vero debet proponi pro veri simili diuisione, vt. ff. eo. l. inter coheredes. §. si coheredes. ¶ Opp. quod non agatur ad pretium, nisi in subsidium, vt. §. de rei vend. mater. Solu. illa lex non obstat, quando res venditur cõi nomine, sed videtur obstare quando res venditur proprio nole. Sed respondeq̃ illa lex loquitur in iudicio singulari, seu speciali, hec in vniuersali, in quo pretium succedit hereti, ꝫ sic non obst. ¶ Demum circa hanc materiam subtiliter distinguit hic plene no. per glo. que distinctio fuit Azo. in summa, qui commentator hanc legem. ꝫ Ly. aliquantulum latius prosequitur, quem hic vide. circa primum membrum glo. qñ res erat cõis ex causa societatis.

a quero, quid in dubio? nunquid res videatur vendita de voluntate socionum. Respondeo sic in re exposita venali, ꝫ que ideo tenebatur vt vende retur, sicut fuit mercantie. ar. in. l. j. de instito. ꝫ. ff. de pigno. l. cum tabernã. secus in re non exposita venali: q̃ non presumitur animus vendendi,

4 nisi probetur. argu. in. l. j. de rerum perma. ¶ Quid si iste qui vendi-
b dicebat se vendidisse decem. socij dicunt quod vendidit viginti, quaritur quid iuris. Respond. super hoc debent recipi probationes vtriusq̃ partis, vt. d. l. inter. §. coheredes. Si autem neutra pars probat, standum est iuramento vendentis, si est homo bone conditionis ꝫ fame. arg. §. de don. Li quis pro redemptione. ¶ In glo. ibi, rem vendidit vt propriã: q̃ forsan hoc nomine facilius inuenit emptorẽ. vnde non fecit hoc qõ esset

5 sue intentionis alium negare coheredẽ. ¶ In eadem ibi. nisi coheres. nota mirabilem casum, in quo quis vendit rem alterius in eius preiudicium sine cõsensu domini, ꝫ est speciale, propter bonam fidem possessoris, hoc tamen restringe ad possessorem, qui tenebatur petitione hereditatis. Sed ꝫ filege. §. Idem si rẽ distraxit. ff. de peti. here. nam speciale est propter naturam peti. hereditatis. Concludo, aut res vendita non est cõmunis, ꝫ loquit. §. de re vendi. l. mater. aut est cõmunis ex causa societatis. ꝫ loquitur prima pars glo. aut est cõmunis ex causa hereditatis. ꝫ loquitur secunda pars gloss. aut est cõmunis ex alia causa singulari, ꝫ loquitur tertia pars glo. Et hec distinctio procedit vbi petitio formatur ad pretium, secus vbi formatur ad rem ipsam vendicandã, ista est quarta ꝫ vltima pars glo. secunda pars incipit ibi, si aũt ex alia. ꝫ ibi etiã tertia pars similiter explicatur. quarta ꝫ vltima pars incipit ibi, Ire ꝫ illud

6 vltius facilius recitare, diuide has partes in quatuor principales. q. ꝫ re ctus erit ordo recitandi ꝫ intelligendi, Bal.

¶ Lex vigesima prima.

Si cogitatione. ¶ Judex in hoc iudicio debet sequi patris voluntatẽ in rebus diuisis, ꝫ in nisi diuisis sequitur iuris authoritatẽ. con. cor. ff. e. l. que pater. vel sic. Pater inter filios potest in se assumere officium arbitri diuidẽtis, ꝫ sufficit diuisio minus solennis. ꝫ que omittit pater, Judex suppler. h. d. ¶ No. qõ dixi in summario. ¶ Item no. pres iudisse nemini per patrem assignari videntur: ideo diuiduntur inter filios pro virili portione.

¶ Lex vigesima secunda.

Seruum. ¶ Error coheredũ non facit alteri acquiri dominium. vel sic, non habens titulum, non potest prescribere contra iudicium fami. her. Item longa possessio ꝫ error non inducunt titulum: h. d. dic plene vt dixi. §. de rei vendi. l. nullo.

¶ Lex vigesima tertia.

Licet pacto. ¶ Pactum coheredum nõ preiudicat creditoribus, sed inter ipsos coheredes suum operatur effectum. h. d. q̃ plene dic vt dixi. §. de pact. l. pacto successorum. vel sic. Creditores debent sequi formam agendi secundum ius quod inest eis, non secundum pactum debitorum. facit. ff. eodem. l. plane.

1 ¶ Hereditaria portio predicta in peculium assignari, a filio de restituendo rogato pro parte sue trebellianice retinetur. Et datum condi. implen de causa, non in trebellianicam computatur. ꝫ nu. §. 11. 12. 13. ꝫ. 16. vsq̃ ad. 23. Et quid in mortis causa capione. nu. 8.

2 Sermonis ratio seruari debet.

3 Restituendi verbum necessario fideicommissariam substitutionem importat. Et testatoris sanctionem dici, vt legis.

4 Testator non facere possit, vt vxor secundo nubẽs in penam nõ incidat.

6 Trebellianica quo ad subrogationem respectu eius quod implendi cõditionis causa dat, a iure institutionis debita an differat? vsq̃ ad num. 9.

9 Compensatio vel imputatio certe persone fauorem respiciens, adeliam, non prorogatur, nec ius auget alterius, nisi per accidens.

10 Testatoris prudentia, an in ei iputatione spectetur

14 Trebellianica, in vna re nũ detrahi possit: Et an ad id patris assignatio sufficiat. vt intelligatur pater in vna re detrahi voluisse. nu. 15.

24 Hereditaria portio donationis, que morte confirmatur, an in trebellianicam computetur.

25 Donationem tacitam facilius presumitur testator: reuocare voluisse, quam expressam.

26 Filij restituere grauati, an duas detrahat quartas. Et qd si filius in re certa instituti restituere rogatus sit. 27. Et an trebellianica in vna re detrahi possit. ꝫ an invna ei inuito soluj possit. 28.

29 Filius sicut de equitate põt legitimam in vna re eligere inter vinos eã alienando: non tñ in fidei commissi fraudem, sed bona fide sibi eligere, an id quoq̃ testando facere possit.

a ¶ Quid in dubio vide Bart. in. l. nemo ex sochs. i pnc. ff. pro. socio.

30 Pater rem aliquam filie assignans, nũ in dubio ei in legitimam assignare videatur.

31 Trebellianicam num possit testator prohibere.

32 Testator vbi falcidiã phibet, legata sine heredi tatis aditione debentur, an idem in fideicommisso vniuersali censendum sit.

33 Testator: num quartã ex consuetudine, vel statuti forma debitam prohibere possit.

34 Heres de restituendo grauatus, inuentariũ nõ faciens, vtrũ ita trebellianica priuetur, vt falcidia iure institutionis debita, ꝫ quatenus legatarijs teneatur. ꝫ nu. 37.

35 Statuto ꝫ cõsuetudine induci potest vt quarta b de certis rebus detrahatur.

b ¶ Vẽdidit. sequitur Lud. Ro. in. l. in illa. ff. de verb. obl. addendo in. l. fin. versi. sunt aũt. §. ô iure do. impe.

36 Sententia incerta super restitutione fidei cõmissi vniuersalis, an procedat.

38 Hereditate ab herede facto inuentario restituta an si fideicõmissarius vniuersalis inuentarium non faciat, creditoribus in solidum teneatur. Et quid si heres non fecerit, ipse veri intra tres menses fecerit. nu. seq.

40 Inuentarium pupilli substituto pupillari, num prosit. ꝫ an tutoris inuentarium heredi pupilli prodesse dicatur. nu. 42.

41 Heredes vnius hereditatis si sint, ꝫ vnus pro dimidia inuentarium facit pro indiuiso, an coheredes deinde repudiante, necesse habeat partis accrescentis nouum inuentarium facere.

43 Heres, an rationẽ de male administratis vniuersali fideicommissario reddere debeat.

¶ Lex vigesima quarta.

Filium quem. ¶ Hec lex famosa est, ꝫ difficilis triplj. Primo in casus positione. Scõo in eius a cõtrarijs defensione. Tertio in latitudinis seu materie explicatione. In hac ergo lege pcedã ordine cõsueto. ¶ Et diuidit hec lex in tres partes. In pma pte ponit breuis recitatio testi. In scõa ponit existentia sue conditionis subsistõnis fideicõmissarie. ex qua pñupponit fideicõmissum deberi. In tertia pte determinat qõ per debentẽ restituere sit sibi imputãdũ, qd retinendũ. ꝫ qd restituendũ. Scõa ibi. post eius cõditionis euentum. Tertia ibi. hereditaris parte vel diuide in duas: q̃ in prima ponit thema ordinationis testi. ꝫ existentie cõditionis terminos demõstrans. In scõa parte qõnũ inde resultantiũ ponit determinatio. scõa ibi hẽditaria pre. Et ꝰ intẽdit. Fideicõmissum vniuersale ꝑditiõe aduenĩẽte ꝺꝫ restitui, q̃rta deducta, in qua computat hereditaria portio fundi in peculiũ dati. ſm antiquos, vel prelegati ſm Jo. vel mortis cã dati seu donati ſm Azo. ꝫ acceptũ cã ꝑditionis implẽde. h. d. ſm cõem lec. Ja. bu. ¶ Et ad euidẽtiã premitte q̃ hec lex ꝺꝫ tres principales lectu. prima fuit antiquoꝝ. scõa fuit Joã, tertia fuit Azo. prima diuidit in duas ptes: q̃ antiqui posuerũt duo exẽpla, nõ tã in substantia iuris diuersa, ꝫ in variatione terminoꝝ: q̃ primũ exẽplã nõ adaptat se litere, ꝫ antiqui dicat q̃ sit verũ in se. scõm aũt exẽpliũ ſm antiquos

a ¶ An autez mala grãmatica z latinitas dispositionẽ testatoris vitiet, vis in.l.plautius.ff.de auro z argen.leg.z ibid.Bal.z gl.i.c. ad audientiã.de rescrip.z ibidẽ qñ pape Rescriptum viriare dicat.vbi per Abba.z glos.in.c. ex parte.de fide instru.Et vide hunc in.l.cã quã.C.de fideic.de qua re disputat per docto.z gl.in.c.forus.de Xpo.fig.an autez instrumẽtũ vitiet:habes per Bar.in.d. l.plautius.z doct. in.d.c.ad audientiam.Quid aũt de sententia,vide plene perhũc.C.de sen.ex breui.recitã.l.i.ĝ. Phi.Dec.

b ¶ Testator, adde Bal.in.l.j.inver.ſ ponẽ als in.l.feminẽ.C.de frcũd.nup.

c ¶ Quarta. Vide Bart.in.l.in quarta.ff.ad leg.falci.

est verũ in se,z aptum litere.lectura aũt Joã.an. non bifurcat,ſ lec.Azo.ſic,nã primo exẽplificat in rebus expresse donatis.ſcõo exẽplificat in rebus quasi in suprema volũtate relictis:vt in rebꝰ emptis per patrẽ pro filio:vt.C.e.l.filie cui⁹.z sic videnꝫ in totũ esse quęq; lec.sup hoc.ſ Ja.de regit.texto mõ.Quingẽdo lect.Jo.cũ lec.antiquorus,q̃ res in peculiũ assignate fuerũt prelegate. supponit aũ eas in peculiũ assignatas,nõ ad iuris ministeriũ,sed vt casus cooperte se litere scõm facti cõtingentiã:q̃ litera dicit q̃ tpe iudicij pater filius habebat fundũ eo ſz modo quo z seruus dicit habere ad vsum facti:vt.ff.de ver obl. l.stipulario.ĝ.id quoque. ¶ His premissis,pone casum primo scõm antiquos dupliciter.secundo modo ſm Jo.simpliciter.tertio modo ſm Azo. dupliciter.quos casꝰ nõ formo aliter in scriptis: q̃ gl.formar,ſ refero in voce. ¶ Or aduertatis ad alteriora,z ĝsiderate in hac lege quatuor,ſz retentionẽ,cõpensationem,supplectionẽ z restitutionem.primũ patet in text.ibi,retẽta. scõm ꝓz ibi cõpensatio.tertiũ patet ibi,in suplementũ.quartuz patet ibi,reddere.id est restituere cõpellitur.

Et scõm ista quatuor colligę quatuor notabilia. Primo scõm lect.antiquorũ.scõo quatuor notabilia scõm lecturã Joã.tertio quatuor notabilia ſm lec.Azo. ¶ Redeo ad no.scõz lec.antiquorũ.

¶ † Et nor.primo q̃ hereditaria portio prędũ in peculiũ assignati retinet a filio rogato ꝓ parte sue trebellianice. ¶ Secũdo no.q̃ in trebellianica cõputatur id qđ causa implende cõditionis percipitur. ¶ Tertio no,q̃ illud qđ deest ad trebellianicaz,in eodẽ fundo suppletur. ¶ Quarto not. q̃ quatenus restat in eodẽ fundo super trebellianicam,simul cũ aliis bonis hereditatis restituitur. Ex quo euidẽter patet,q̃ licet iste filiꝰ esset de restituendo sub conditione rogatus:tñ ex quo restituere debet quicquid supereſt vltra trebellianicam,apparet q̃ non deducit duas quartas:vt hic est expressum. ¶ Modo anteq̃ veniam ad oppositiones,quero qđ est exẽplũ scõm lectu ram antiquorũ.gl.exemplificat dupliciter,z in se verũq; exẽplum vadit ad eundẽ intellectũ:ſz differunt in hoc:q̃ scõm primũ exemplus in eodem fundo nihil subesset restituendũ,imo aliquid deesset trebellianice:ſz scõm aliud exemplũ aliquid supereſt in eodẽ fundo vltra trebellianicam cere ris cõputatis,z ideo illud vltra est restituendus cum reliquis bonis,z quia litera istud sonat,ideo istud exemplũ scõm aptius est,sed z primus põt saluari exponendo tex.dum dicit.ŝ.quartam habens.i.in alijs bonis,nõ in eodẽ fundo. Sed qr in hoc non consistit iuris subtilitas,sed termino rum diuersitas,de hac diuersitate non curo,sed ad oppositiões procedo.z expedio primo primã gl.z accipi⁹ eius finem.Si hic,filiũ quem &c. habens,reddere compellitur &c. ¶ † Contra. ista est mala grãmatica,quã iura nõ patiũtur: q̃ debet seruari ratio recti sermonis:vt.ff.de auro z argẽ. leg.i.plautius.nã ista dictio filiũ, est suppositum istius verbi cõpellitur:qđ verbũ vult ante se nominatiuum,hic habet accusatiuũ grãmaticale.

q ¶ Iterẽ est malaª grãmatica,dũ dicit filiꝰ habẽtẽ: q̃ a diectiuũ z substantiuum discordant in casu. Rñd.Si vno modo q̃ exponit filiũ.i.filiꝰ:vt ibi, sermonẽ quem auditis.&c.ĵ.de fideicõmiſ.l.eaz quã. Scõo modo soluit,qđ ista litera aliter construitur:vt ista dictio filiuz,determinet verbũ restituere,a parte post.z dũ dicit habẽs cõpellit.i. filius.z erit cõstructio:testator sanxerat filiũ restituere filiũ dico qđ habentẽ fundũ &c.tene primã expositionem.secundũ qualitera est clarior.

¶ Nota tũ q̃ dũ litera dicit verbis precarijs restituere,illud verbũ precarijs,non erat necesse apponere in tex.q̃ sub Xbo restituere necessario importat quod substituto esset fideicõmissaria:vt iuſti.de fidei.heredi.ĵ.restituta.z.ff. ad trebel.l. facta.z.l.restituta. Item ex eo q̃ litera dixit sanxit testator,nor.q̃ est sanctio testatoris:vt hic.z sanctio legis:vr.l.sanctio legũ.ff.de pen.z eq̃pa-

4 ratur sanctio testatoris leg. ¶ † Unde potest testatorᵇ in suo testamẽto
b facere,quod vxor secundo nnbẽs nõ incidat in penã secundarum nuptia rum,vt in auc.de nup.ĵ.disponat.colla.nũ. ¶ Secũdo oppo.z videt qđ ista lex sit male situata:nam cum loquat de trebellianica restitutione,de bute poni in titulo ad trebel.z nõ hic,vt.ĵ.in.j.consti.huius voluminis. ĵ.quibus.z.ff.de in diem adie.l.Imperator. Respon.q̃ imo est optime situata:qr si inter coheredes diuisio hereditatis peratur,iudex seruabit formã huius.l.in adindicando rogato ea que debet retinere,z in adiudicando coheredibus ea que sibi ipsis debẽt retinere,z sic inter eos diuiden do,vnde non obstant contraria. ¶ † Tertio opp.z incipimus intrare in materiam.dicit hic q̃ datum causa implende cõditionis imputat in quartam.cõtra.lege aperte cauetur q̃ id qđ conditionis implende capit,mortis causa capio appellat,z in quartã non imputat,nisi in duobus casibus. Primus est:qñ istud qđ capitur est quid hereditarium,vel nũmi peculiares,qui capiũtur a statu libero,qui imputantur pro hereditaria parte capientis,vt.ff.ad.l.falc.l.id aũr. Secũs est,qñ id quod capit solũ in figura cõditionis,sed in figura prętũ,qđ ex ordinatione testatoris loco rei succedit,vt.ff.ad.l.falcidiã.l.Jn ratione. ĵ.ĵ.tamen.ſ.ibiq; no conditionis implende &c,sed lex nostra simpliciter dicit imputari go male. Respõdeo,lex cõtraria,loquit in falcidia debita iure institionis,que detrahitur de singularibus relictis:vt.ff.ad legẽ fal.l.i.ĵ.fecido capite.sed lex nostra loquit in quarta trebellianica,z sic non ob.ista distinctio.probatur quoad primũ membrum.ff.ad legẽ fal.l.Jn quartã.in prin.z.ĵ.si quid vero implende,sed quo ad secundã partem probat in eodem.l.Jn quartã.ĵ.sed in fideicõmissaria.z.d.l.Jn quartã.h.d.Jn falcidiam imputat id tantũ qđ iure hereditario capit,ſz in trebellianicã imputatur quicquid quocũq; iure iudicio defuncti,vniformiter capitur.id vero qđ diformiter capit.i.partim iure hereditario,partim ex alia causa capitur,pro parte hereditaria tantũmodo imputatur.h.d.ſm Bar.

6 ¶ † Aduertas:qr hodie tibi declarabo optimas leges:qr doc.non po
c nunt rationẽ diuersitatis nã ratio differentie est:qr quarta debita iure institutionis sicut expressa voce apparet,debet haberi titulo institutionis, z detrahit de bonis testatoris,prius detracto ere alieno,sed quarta trebellianica respicit quoddam vniuersale.i.ipsam hereditatem,z nõ respicit bona,que sunt ab ere alieno abstracta.l.ĵ.C.ad treb.quia ergo quarta trebellianica cõsistit in quodam vniuersali,recipit subrogationẽ eorũ que causa cõditionis implende dantur cũ his que a rogato de restituendo prestantur,vt.ff.de leg.ĵ.l.Imperator.ĵ.ſin.cum.l.seq.z.l.cum pater ĵ.responso.z arg.ff.de peti.heredi.l.ſi z rem z pretium.z qđ dixi.ff.de rei vendi.l.mater. ¶ Sed cõtra istam solutionem sic opponitur.z ista oppositio est in secunda glo.magna in fin.z videtur q̃ illud quod datur causa implende cõditionis nõ imputetur in trebellianicam:nam cũ ista lex loquat in filio rogato restituere,lex dicit aperte q̃ quarta trebellianica deberur ei nõ per imputationem fructuum,sed in ipsis rebus hereditarijs,vt.ĵ.ad trebel.l.Jubemus.in fi.prin.Sol.dicit gl.q̃ in filijs ista lex est correcta,sed in nepotibus z alijs liberis remanet incorrecta,ista est opi.glo.quidam doc.repro bant gl.quia dicunt ipsi, fatemur quod fructus non imputantur in trebellianicam filiorum:qr non capiuntur vtricio testatoris,sed qđ datur causa implende cõditionis,imputatur quia ex ordinatione testatoris capitur.ergo.l.iubemus.non corrigit ius antiquum,nisi in fructibus,secundum istos docto. ¶ Sed rudie q̃ glosl. est verio:quia text.in.l.Jubemus.dicit non per imputationem fructuum.z illud non facit ad propositum,sed cum postea subdit text.sed in ipsis rebus hereditarijs dodrans restituatur,supple, z quarta retinetur in ipsis rebus hereditarijs:nam quod in restitutione non venit penes rogatum remanet,vt.ff.ad trebellia.l.ſi patroni.ĵ.z generaliter.l. quia perinde.ĵ.restituta. ¶ † Quarto opponi.z videtur q̃ id quod causa implende conditionis a coherede capitur,in trebellianicam non imputatur:quia lex aperte dicit q̃ extra quartam est quod a coherede percipitur,vt.ff.ad legem falcidiam.l.Jn quartam,ĵ.pio ea vero parte. Solut.hec lex debet intelligi secundum illam:nam aut causa condicionis implende capitur a coherede quantitas, vel genus, vel species non hereditaria.z imputatur in trebellianicam,aut capitur a coherede corpus hereditarium causa implende conditionis; z tunc non imputatur nisi pro hereditaria parte,quam capiens habebit in re.ita etiam distinguit text.in.d.l.Jn quartam.z.ff.ad trebellianũ.l.deducta.ĵ.nummia. Ratio differentie hec est:quia quãtitas z genus videntur inelle proprie portioni:ideo imputatur,vt.ff.de lega.ĵ.l.cum pater.in princip.dum ibi dicit,pecuniam autem de parte sua retenturã. Sed hec ratio in corpore non hereditario non precedit,que est ergo differentia quare corpus non hereditarium imputatur,corpus hereditarium non imputatur,nisi pro hereditaria portione percipientis? Respondet glosl.in.l.Jn quartam.quia res non hereditaria est vniformis.z ſi imputatur,nec contingit hec absurditas,nec varietas:quia tota res mortis causa capitur,sed quando est tota res hereditaria,siue corpus hereditarium,esset absurdum q̃ eadem res diuerso iure censeretur.ĵ.quod eãdem rem quasi iure legati z quasi iure hereditario computaret in quartam.argument.de vsucap.Leum qui edes.non ergo vtraq; portio imputatur,sed ea que est aptior imputationi,id est hereditaria portio percipientis. ¶ Ista ratio parum valet:quia eadem res diuisibilis concurrentibus diuersis causis

pote

